IVSTI LIPSI SAPIENTIÆ ET LITTERARVM ANTISTITIS

Fama poſtuma.

Editio ſecunda, variè aucta & correcta.

ANTVERPIAE,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Viduam & Filios Ioannis Moreti.
M. DC. XIII.

Cùm peteret VIRTVS, DOCTRINA, MODESTIA *ſculpi,*
Mente, animo, vultu LIPSIVS *inſtar erat:*
LIPSI *animum, mentem, vultum dum cœla laborant*
Exprimere, in cœlum ſe TRIAS *iſta dedit.*
Quid faceret ſculptor, quem ludit amabilis error?
Sedula, ne erraret, sculpsit vtrumque manus.
Plectite securè nunc GLORIA FAMA *coronas,*
Inuidiam pedibus VIRGO MODESTA *premit.*

Theodorus Gallæus delineauit et ſculpſit. H. R.

REV^DO ET CLAR^MO VIRO
D. DIONYSIO VILLERIO
CANONICO ET CANCELLARIO TORNACENSI
BALTHASAR MORETVS
S. P.

FAMAM POSTVMAM, in quâ colligendâ & recenſendâ aliquantus meus labor ; quam antehac, breui Inſcriptione, æternæ IVSTI LIPSI memoriæ conſecrabam ; tuo nunc etiam Nomini, Vir Cl^me, libens meritò inſcribo. Libens, dum inſignem affectum tuum cogito, quem debito erga te obſequio & amori meo reponis. Meritò, dum te & LIPSIVM ſpecto; quos ſanctioris amicitiæ fœdus, in ipſis ætatis ſtudiorumque rudimentis concept-

IN OBITVM MAGNI LIPSI REIP. LITTERARIÆ PRINCIPIS

Mimeſis Ouid. Eleg. VI. Amor. II.

Ad R^dum^ & Cl^mum^ DIONYSIVM VILLERIVM Cancellarium & Canonicum Tornacenſem.

LIPSIVS *Aonidum ſummus Sophiæq; ſacerdos*
Occidit, exſequias Palladij ite chori.
Ite pij iuuenes, & tundite pectora palmis,
Et calido teneras imbre rigate genas.
Squallida pro nitido ſumatur veſtis amictu,
Nænia pro læto carmine mæſta ſonet.
Quid iuuat Autolycis querulos impendere verſus?
Indigna eſt numeris decolor vmbra ſacris.
Triſte viri clari triſtes deducite funus,
Non eſt in toto dignior Orbe cani.
Omnes qui Sophiâ colitis duce & auſpice Muſas,
Tu tamen ante alios VILLERI *amate dole.*
Magna fuit Magni tecum coniunctio LIPSI,
Et ſtetit in nullâ ſaucia parte fides.
Inter ſe quales Damon cum Pythiâ amici,
Mutuo in affectu talis vterque fuit.
Quid tamen iſta fides? calami quid gratia docti?
Quid mens omnigenis nobilitata bonis?
Quid vixiſſe iuuat non vllâ labe notatum?
Inclyta Belgarum gloria nempe iaces!

VITA
IVSTI LIPSI
SAPIENTIÆ
ET
LITTERARVM
ANTISTITIS.

AVBERTVS MIRÆVS Bruxellenſis,
Canonicus & Bibliothecarius Antuerp.
ex ſcriptis illius potiſſimùm
concinnabat.

ORATIO
IN
IVSTI LIPSI
FVNERE
HABITA LOVANII
III. KAL. APRIL. M. DC. VI.
A GERARDO CORSELIO
I. C.^to ET ANTECESSORE.

IVSTI LIPSI

PRINCIPATVS LITTERARIVS,

à Gavgerico Rivio IC. & *in ſupremâ Curiâ Belgicâ Mechliniæ cauſſarum Patrono,*

ſcriptus ad ritum priſcum.

ERYCI PVTEANI

LIPSIOMNEMA

ANNIVERSARIVM,

SIVE

IVSTI LIPSI V. C. Laudatio Funebris,
Die anniverſario habita.

ASSERTIO LIPSIANI DONARI ADVERSUS GELASTORUM SUGGILLATIONES

à IOANNE WOVERIO Antverpien.
ſcripta.

IVSTI LIPSI
DEFENSIO
POSTVMA.

CAROLVS SCRIBANIVS
SOC. IESV THEOLOGVS
AMICO BENE MERENTI
POSVIT.

Porrò edendorum operum eam iampridem formam ſelegimus, quæ viuo Auctori præ aliis placeret; quæ & melioris litteraturæ candidatis commodior, nec publicis priuatisq; Bibliothecis eſſet indecora: adeò vt ſingulos quiſque libros ſibi comparare & facilè circumferre poßit; eoſdemq; ſi Bibliothecæ ſuæ ornamentum vniuerſos eſſe velit, maiorem tamen editionis amplitudinem meritò haud requirat. In Tacito nihilominùs & Senecâ, quia grandius ſinguli volumen efficerent, anguſtiorem folij formam ſpectauimus; quam & in reliquis aliquando recudendis, cum bono Deo, addicimus, ſi hanc deinceps alteri præferendam Lector cenſeas. Iterùm ſalue, & faue.

INDEX OPERVM IVSTI LIPSI.

PRIMVS *Tomus* CRITICVS *eſt, complectiturque* Opera omnia quæ ad Criticam propriè ſpectant. *quorum hic ordo eſt:*

Variarum Lectionum Libri tres.
Antiquarum Lectionum Libri quinque: in quibus varia Scriptorum loca, Plauti præcipuè, illuſtrantur aut emendantur.
Epiſtolicarum Quæſtionũ Libri quinque: in quîs ad varios Scriptores, pleræq; ad T. Liuium, Notæ.
Electorum Libri duo: in quibus, præter Cenſuras, varij priſci Ritus.

LABORE ET CONSTANTIA